Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Dinstinctio 1ma

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

TRACTATUS THEOLOGICUS

DE ACTIBUS HUMANIS

Distinctio 1ma

De voluntario & Involuntario

Postquam de sacramentis actum tractatu nimirum sacerdotio initiando maxime necessario, inde fortassis procedendum fuisset ad tractatum de vitijs & peccatis, hisce ad materiam sacramenti poenitentiae remotam. Verum cum vitium nihil aliud sit quam actum humanum à recta rationis regula deficientem proprie spectati: adeoque discursum de actib. humanis praesupponere videatur. Quare visum est nunc agere de ijsdem, quoniam autem humanarum actionum substantia in ratione voluntarij consistat, erit illud, quid & quotuplex sit, quibus actib. perfecte aut imperfecte conveniat, & eius tractatus oppositum involuntarium tempestive modo explicandum. De actib. hu[manis]

Distinctio prima

de voluntario

Quid & quotuplex

2

Quaestio 1ma

Quid et quotuplex sit voluntarium

Conclusio 1ma

Definitio Aristotelis de voluntario

Voluntarium est id quod

Explicatio definitionis

Voluntarium est cuius principium est appetitus realiter in ipso agente sciente singulas circumstantias in quibus versatur actio.

Convenit et spontaneo et generaliter spontaneum.

Spontaneum dicitur omne quod ab appetitu rationali seu sensitivo procedit.

Conclusio 1. voluntarium sic definit Aristoteles Eth. c. 1. est id quod provenit a principio intrinseco, cognoscente singula in quibus est actio. Sensus est: voluntarium est id, quod provenit ab appetitu eius, qui novit circumstantias et dictum actum ab appetitu procedentis. Vel voluntarium est cuius principium est appetitus realiter in ipso agente sciente singulas circumstantias in quibus versatur actio. Haec definitio etiam convenit spontaneo, in brutis etiam, sed tunc vocabitur spontaneum et dicitur omne id quod ab appetitu seu rationali seu sensitivo procedit. Voluntarium dicitur tamen id proprie, quod a rationali voluntate cum perfecta cognitione procedit: unde proprie dicta ratio voluntarii convenit tam operationibus elicitivis, quam imperativis effectis a natura rationali, et eius voluntate, sive deinde operans, sive deinde operationes illae necessario aut indeliberate seu libere aut deliberate a voluntate procedant, ut infra patebit.

sit involuntarium

differentiatur à volito, quia volitum est praecise voluntati obiectum; quale etiam saepe sit esse res, quod nullo modo procedit à voluntate voli: ut pluvia, serenitas, agricolis volita, non vero voluntaria cum non sint illius causa. Contingere tamen potest, ut una eadem res sit et obiectum volitionis simul et ab eadem aliqua ratione causetur, et dependeat etiam à principio; unde fit, ut ea eadem tum simul et volita sit et voluntaria; sic actus ab alia potentia, quam à voluntate eliciti, sed tamen à voluntate imperati, sunt simul voliti et voluntarii: sicut etiam volita sunt et voluntaria ea, immediate à voluntate elicita, et per actum reflexum volita; sic affectus, v.g. quo carnifex vult furem plectere, est carnifici sit voluntarius, non tamen est per se idem volitus, quamvis volitus esse possit: at vero externa furis occisio, ab illo affectu imperata est opere voluntaria, quia procedit mediate saltem à voluntate ut effectus à causa, et simul est volita, quia occisio est obiectum voluntatis, eandem imperantis.

Non voluntarium et involuntarium idem non sunt, sicut nec invitum et non spontaneum: contradictorie non opponitur spontaneo non spontaneum; et voluntario non voluntarium: contrarie vero spontaneo opponitur invitum; et voluntario involuntarium. — Differentiat hac latitudo in praedicationis: omne non invitum est non spontaneum; similiter et omne involuntarium est non voluntarium: sed non vice versa: siquidem ex contrario recte infertur contradictorium: est nigrum ergo non est album. Non item ex contradictorio infertur contrarium: est non album, ergo nigrum est.

E. g. est nigrum, ergo non est album. Talis modus est non album ergo nigrum est nego vi contradictionis

Differentia inter voluntarium et volitum. volitum est praecise obiectum, sed potest nullo modo procedere à voluntate. Saepe contingit ut una sit obiectum volitionis et à voluntate aliquo modo procedat à principio et tunc simul est volitum et voluntarium.

Actus à voluntate imperati sunt voliti et voluntarii.

Actus immediate à voluntate eliciti sunt voluntarii et per actum reflexum volita. E. g. carnifice.

Differentia inter involuntarium et non voluntarium, invitum et non spontaneum.

Contrarie opponitur spontaneo invitum, voluntario involuntarium.

Omne invitum est non spontaneum, omne involuntarium est non voluntarium, sed non vice versa.

Ex contrario infertur contradictorium, sed non vice versa.

E

Quid & quotuplex

non solum ignorantia facit actionem esse involuntariam

Bälerattus amplius, sola & nuda ignorantia facit actionem esse involuntariam: veluti si hominem occidisti, invincibiliter ratus esse feram, sponte sive volens homicidium non commisisti. Non tamen sola ignorantia facit actionem esse involuntariam; sed requiritur etiam repugnantia voluntatis, ut dicaris involuntarie & invitus agere, teste Arist. loco cit. Quapropter si inimicum quem maxime occisum a te esse cupis, per invincibilem errorem in venatione occidas pro fera, homicidium nec voluntarium nec involuntarium tibi erit. Porro Notandum hic esse Invitum sicut & Spontaneum solis cognoscentibus sc. bestiis brutis; involuntarium autem & voluntarium si proprie loquendum sit, solis entibus intellectualib.: at vero non spontaneum & non voluntarium vel non cognoscentib. maxime competit.

ignorantia sola facit ... involuntariam requiritur et repugnantia voluntatis.

nisi interpretative

Invitum & spontaneum cognoscentib. brutis, voluntarium & involuntarium intellectualib. entibus competit. spontaneum & non voluntarium maxime vel non cognoscentib. competit.

Conclusio 2da. varia & multiplex est tam voluntarij quam involuntarij divisio, cum unum appositorum tot modis, quot alterum multiplicetur. est communis. nam

multiplex est divisio voluntarij & involuntarij

1mo. voluntarium, proprie dictum seu ut alij dicunt, voluntarium perfecte spectatum, aliud est liberum, & aliud merum.

voluntarium proprie dictum seu perfecte spectatum, aliud est liberum, aliud merum.

Voluntarium liberum est quod ad perfectam cognitionem finis, aut obiecti sequitur, & procedit a principio intrinseco indifferente ad utramvis partem contradictionis. Voluntarium perfectum merum est, quod ita ad obiectum finis sequitur cognitionem, & procedit a principio intrinseco, ut obiecto apprehenso, non maneat principium, id est voluntas indifferens, sed eo ipso determinetur ad unam partem contradictionis: quo pacto ex voluntarios dicimus actus amoris, & gaudij beatifici, aeternumque amoris, quo pater, & filius spirans Spiritum Sanctum; & haec determinatio voluntatis ad unam partem non provenit ex defectu cognitionis, sicut provenit determinatio appetitus

Voluntarium liberum ... voluntarium merum ...

brutorum, aiūs proinde actus nisi secundum tm voltrij, vel potius cōūi nōe spontanij dicendi sunt, sed provenit ex summa perfectioni obti, clare cogniti, quale obtm ē Deus & beatitudo sōtis, sic ex his n. perfecte apprehensis & cognitis provenit amor necessarius, qui tn etiam sic ē voltrius, eo quod sit actus à voltte elicitus, & ex perfecta cognitione proveniat.

Quaeres an voltrium liberum sit perfectius voltrium, quam necessarium, & ē contra? R. voltrium liberum ē perfectius voltrium in rōne voltrij, & in genere moris, quam sit voltrium necessarium: & ē contra voltrium necessarium ē perfectius quam voluntarium liberum in rōne entis.

Voltrium liberum perfectius ē, quam necessarium.

2do dividitur voltrium in directum seu explicitum ~~S. Thom.~~, vel in indirectum vel implicitum. S. Thom. a3 et alij &c. Voluntarium directum seu explicitum, est quod positive procedit à volte in obiectum agens ē: quomodo actus voltis sive eliciti sive imperati censentur ē voltrij. Indirectum voltrium ē illud quod procedit à volte, sine ipsum n. agit, cum tn. agere poset, ac loquendo de voltrio culpabili debet et deberet: sic submersio navis censetur gubernatori eius indirecte voltria, quod defectu ē gubernaculi, mediante quo potuisset ac debuisset impedire submersionem navis. Ex quo patet voluntarium directe exerceri per actum positivum voltis, indirecte v. voltarium per omissionem actus.

Voltrium directum seu explicitum ē, quod positive à volte procedit in quantum agens ē.

Voltrium indirectum ē, quod à volte in ipsum n. agit, cum tn agere potuisset & in voltrio culpabili debuisset.

Indirecte voltrium sit per actum positivum voltis, vel indirecte, i. trace, per omissionem actus.

Dividitur 3tio in voluntarium per se, et in voluntarium in sua causa. Primum est, et dicitur illud quod a voluntate ex proprio ac formali proposito fit, ac dependet. Posterius est, quod non in se, sed solum in sua causa incipit esse voluntarium.

3tio dividitur in voluntarium per se et in voluntarium in sua causa. Voluntarium per se, sive formaliter acceptum, est et dicitur illud, quod a voluntate, ex proprio ac formali proposito fit, ac dependet, ut v. g. a voluntate praesens lectio. Voluntarium in sua causa appellatur id, quod non in se, sed solum in sua causa incipit esse voluntarium: sic illi qui voluntarie inebriat se, censentur esse voluntariae rixae, caedes, vel blasphemiae, quas in tali ebrietate committit, si prius novit in ebrietate solere se talia agere.

Voluntarium dividitur in actuale, virtuale et habituale.

Actuale est quando intentio faciendi aliquid actu existit.

4to dividitur voluntarium in actuale, virtuale, et habituale. Voluntarium actuale est, quando intentio aliquid faciendi actu existit; ut si sacerdos consecrans actu velit consecrare.

Voluntarium virtuale duplex sumitur. 1mo quando voluntas, licet actu nihil amplius operetur, sed manet tamen in virtute seu aliquo effectu. v. g. Sacerdos intendit actu baptizare infantem, accingit se, et baptizat valide et baptizavit etsi fuerit distractus.

2do quando fuerit intentio baptizandi.

Voluntarium virtuale est duplex sumitur: 1mo quando voluntas, licet actu nihil amplius operetur, sed manet tamen in virtute, seu aliquo effectu. V. g. intendis actu infantem baptizare, ecclesiam adis, aquam sacram accipis, valide infantem baptizas, etsi tempore baptizationis mente ad alia fueris distractus. 2do quando voluntas per actum contrarium non fuerit revocata. V. g. si mane intendas omnia in Deum eo die referre, talis voluntas censetur virtualiter permanere, quousque per contrarium actum disparatum actum retractetur, et ea opera eo die praestita sunt voluntaria virtualiter. An autem

voluntarium hoc virtuale: posteriori modo saltem sufficit ad sacramentorum administrationem, prout dictum est in tractatu de sacramentis in genere. Voluntarium habituale proprie dicitur est, quod fit ex habitu & consuetudine sine particulari intentione praesenti vel praeterita virtualiter perseverante, ut si dormiens verba consecrationis pronunties.

Secundo dividitur voluntarium in tacitum expressum sive & interpretativum. Tacitum est, quod ex taciturnitate, vel juxta juris dispositionem sive interpretationem colligitur prout regula juris habet; qui tacet consentire videtur. quamvis immediate subsequens regula dicit: qui tacet non fatetur, sed nec utique negare videtur; ideo prior regula non est vera, nisi certis concurrentibus aliis adminiculis & conjecturis. Expressum quod verbis aut aliis signis exprimitur. Interpretativum est quod alicui dicitur voluntarium ex praesumptione, & interpretatione vel juris vel hominum, & hoc ordinarie evenit, quando in certis quibusdam actibus Epikeia habet locum contra tenorem legis v. g. quando consideratis considerandis prudenter judico superiorem non fore invitum, si hoc vel illud agerem, in tali casu censetur superior esse voluntarius interpretative, sive non involuntarius, aut contra ejus voluntatem.

Observandum autem est voluntarium procedat a principio intrinseco cum cognitione singulorum nullum actum, nec directe, nec indirecte, nec virtualiter, nec interpretative, aut habitualiter esse

8

voltrium, sin ea ratione praesupponit cognitionem, quae est voltrius vice defectu huius requisitae cognitionis, ebriotus ex vino sul.. lenta Noemo nullo modo fuit voltrius.

Quaestio 3tia

Vtrum in actibus tam hominum quam brutorum inveniatur proprie dictum volun,, tarrium.

Conclusio 1ma. Actus humani omnes proprie sunt voltrij motus sive libere. Item communis, cum S.to Tho. Ar. 1. Ratio sumitur ex definitione voltrij, quod est, quod provenit ab appetitu eius, qui novit circumstantias et omnes actus, ab appetitu procedentes; atqui omnes actus humani ita procedunt ab appetitu rationali hominis; ergo est voltrius motus.

Conclusio 2da. voltrium perfectum proprie non invenitur in ullis brutorum actionibus. S. Th. ar. 2. Ratio 1mo bruta carent voltate, ergo carent proprie dicto voltorio, quod voltatem, ut principium respicit. — 2do proprie dictum voltrium exigit perfectam cognitionem finis, qua videlicet non tantum cognoscitur bonitas finis Moraliter accepti, sed et proportio eiusdem ad media, per quae obtinendus est finis; at bruta non cognoscunt ita finem, ergo.

inveniatur proprie dictum voluntarium

Conclusio 3tia in actibus brutorum invenitur proprie dicta ratio spontanei, sive imperfectum voluntarium. S. Th. citatus. Ratio est, ad proprie dictum spontaneum sufficit, ut procedat a principio intro, sive appetitu sensitivo, ex cognitione imperfecta finis, sive ex finis materialis cognitione: atqui in brutis datur huiusmodi appetitus et cognitio; ergo. Quamvis actiones ab appetitu brutorum profectae sint necessariae, sunt tamen simul spontaneae et non coactae, adeoque sunt liberae, non quidem a necessitate, sed a coactione.

Conclusio 4ta in agentibus, quae nulla donantur cognitione non datur proprie dicta ratio spontanei. Vasquez disp. 23 num. 11 et 12. Ratio est: spontanea actio non debet tantum esse a principio intro, sed et debet procedere ex cognitione finis, siquidem appetitus non nisi cognitione ducitur; ergo. Quare quando dicitur terra sponte proferre fruges, id tantum methaphorice sumendum est. Quaestio 3. utrum possit esse voluntarium absque omni actu positivo voluntatis

Quaestio 3tia.

Utrum possit esse voluntarium absque omni actu positivo voluntatis.

Sensus quaesiti est, an aliquis in aliquo saltem casu possit esse voluntarium sine omni penitus actu positivo voluntatis, tam imperante, sive interno, quam imperato sive externo; qui actus, vel directe, vel indirecte, formaliter, vel causaliter feratur in voluntarium illud sive in omissionem voluntariam.

Notandum 2do non quaeri, utrum voluntarium directum possit esse sine omni actu positivo voluntatis; hoc non fieri non posse patet vel ex ipsis terminis.

Notandum 3tio triplicit. contingere posse aliquam omissionem cuiuscunque actus, aut non exercetur aliquis actus impeditivus alterius, v. g. comeditur, & propterea solum omittitur ambulatio, quo modo omissio ambulationis dicitur indirecte causari per actum aliquem positivum, videlicet comestionem:

Aut elicitur in voluntate hic actus, non volo ambulare, & ideo datur jam omissio ambulationis, quo modo omissio ambulationis dicitur directe causari per actum voluntatis positivum.

Aut nullus omnino datur actus sive externus sive internus voluntatis, impediens quidem ambulationem, & nihilominus omittitur ambulatio, de tali omissione quaestio est, an possit dari absq; omni actu positivo voluntatis?

Notandum denique 4to nos disputare hic an possit dari ulla pura omissio libera universim, seu culpabilis, seu laudanda, seu neutra; nam de facto non minus frequenter dari voluntarias omissiones tam laudabiles, quam culpabiles, aut neutras, experientia testatur.

actu positivo voluntatis.

Solum ergo est controversia, an ulla ex similibus omissionibus voluntarijs servata ratione liberi possit esse pura, hoc est, separata a consortio cuiuscunque affectus positivi, qui ad eandem omissionem directe feratur, aut saltem sit occasio, unde est quasi cadens, seu praeter intentionem sequatur eadem omissio. His praenotatis sit

Conclusio. Potest dari pura omissio libera absque omni actu voluntatis. Ita S. Tho. hic ar. 3. Valentia, Suarez, Medina & alij.

Probatur primo auctoritate S. Thomae clare docentis articulo citato tum alibi, aliquid esse voluntarium non quia super illud cadat actus voluntatis, sed quia in nostra potestate est ut fiat vel non fiat; unde et ipsum non velle dici potest voluntarium. Hac aptissime S. Doctor, qui si aliquando docet in peccato omissionis intervenire aliquem actum positivum, qui sit causa omissionis, explicari debet, ut plurimum moraliter.

Probatur secundo ratione, quia voluntas est potentia libera ad utrumlibet oppositorum contradictorie, ac proinde est libera, & ipsa voluntaria potest agere vel non agere; atqui non agere (ut sic loquendo, & ex natura rei) non sonat neque involvit externum voluntatis actum ullum, sed puram omissionem, seu cessationem ab agendo, ergo potest dari voluntaria omissio pura, nunc culpabilis nunc laudabilis. Probatur tertio: quia libertas arbitrij ad utrumlibet non minus se habet ad laudabiles actiones, ac omissionem earundem.

Arguitur primo voluntarium est, quod procedit a voluntate

Sed pura omissio cum nihil sit, non procedit a volunt[at]e, ergo.
Confirmatur voluntarium & involuntarium sunt differentiae entis & actus reali; at exercitium potentiae vitalis, quod in operatione vitali consistit.
R. negando maj.; nam praeterquam quod potest esse propria ratione et omissio procedit aliquo modo a volunt[at]e, & consequenter est aliquo modo voluntaria, praesertim cum procedat libere, ita scilicet, ut potuerit non procedere.
Ad confirmationem Respondetur omissionem posse eatenus dici actum liberum & exercitium potentiae vitalis, quatenus libere se determinat ad omittendum actum vitalem, non ponendo eundem actum, quem ponere potest.

Arguitur 2do omissio dicitur simpliciter voluntaria, quod debet fieri per aliquem positivum ipsius voluntatis; sicut pura negatio actus non est Ens, ita neque simpliciter dici potest voluntaria.
R. negando consequentiam, quemadmodum non ut quod dicatur simpliciter intelligibile, sufficit, si aliquo modo terminare possit actum intellectus, licet non sit simpliciter Ens: ita ut aliquid simpliciter dicatur voluntarium, satis erit si quocunque modo a volunt[at]e procedat: nam hoc simpliciter voluntarium non significat esse aliquid reale, a volunt[at]e elicitum, sed quod ab ea, tanquam principio, quomodocunque procedat.

Arguitur 3tio pura omissio nequit esse pure voluntaria, ergo neque libera. Antecedens probatur: nam quod est pure voluntarium, necessarium est; quare nec erit in potestate voluntatis, illud ponere aut omittere, quod tamen omnino requiritur ad voluntarium, alioquin voluntatis esse

omni actu positivo voluntatis .

voluntaria, quamvis non foret in volunt. potestate. Consequentia patet a negatione ~~sup~~ superioris ad negationem ~~superioris~~ inferioris: voluntarium enim est, quod superius ad voluntarium liberum, et quod, per se per differentiam contrahitur: remota ergo ratione voluntarii a pura omissione, manere nequit ratio liberi. Confirmatur quia potentia libera est ad operandum, vel non operandum: sed quando aliquis omittit, non reducit ad actum illam potentiam operandi vel non operandi, sed tantum non operandi, ergo pura omissio non est libera. Respondeo distinguendo antecedens pura omissio non potest esse pure voluntaria praecisive, Negative, distinguo; Negative, concedo: nam pura omissio debet esse voluntaria, prout voluntarium praescindit a libero & a necessario, tribuiturque tam uni quam alteri; ejusmodi autem voluntarium non est voluntarium pure negative, hoc est, cum negatione libertatis: quia hoc non est voluntarium contrahibile per liberum & necessarium, sed est jam contractum ad voluntarium necessarium; voluntarium vero ut contrahibile per utramque differentiam vel cuilibet differentiae est pure voluntarium cum praecisione, non autem cum negatione differentiarum, sive rationum contrahentium. Quare neganda est consequentia; stat enim aliquid esse voluntarium pure, praecisive consideratum, & simul realiter esse liberum, quatenus per illam rationem liberi illiquis contractum. Falsum ergo est, quod assumitur in probatione antecedentis, nempe, quod est pure voluntarium cum praecisione consideratum, est tantum necessarium; sic enim indifferens est ad liberum & necessarium, esto verum sit de voluntario, pure negative sumpto, utique, ut negat differentiam libertatis. Ad confirmationem Respondeo distinguo Majorem: potentia libera est ad operandum vel non operandum simul, est in sensu composito negatur: disjunctive, est in sensu diviso concedo.

14

Arguitur 4to. Omissio libera, ut libera, debet esse vitalis eatenus, quam positio, quam omissio actus debet esse vitalis, cum sit exercitium eius potentiae, sed omissio non potest esse vitalis, nisi fiat per aliquem actum elicitum a potentia vitali, qui non potest dari sine aliquo actu. Confirmatur si non omissio pure negative est a voluntate, eodem modo se haberet, ac se haberet negatio electionis in ordine ad intellectum, atqui carentia electionis non potest dici vitalis in ordine ad intellectum, ergo neque carentia actus voluntatis dicenda erit vitalis, vel exercitium potentiae voluntatis.

Resp. Negando antecedens: potentia libera debet esse vitalis, ad quod eundem totum quod dicit negatio ratione actus transeat. Nam potentia libera, ut libera est dicitur in ordine ad actum & carentiam actus, & quidem ratione actus, vitalis est, non tamen praecise obviativa carentiam, quae non est exercitium, sed negatio potentiae exercitii vitalitatis.

Ad Confirmationem negatur Minor: nam carentia electionis, cum non sit in potestate intellectus nullo modo in eodem contineri potest, neque fieri ab intellectu: at carentia liberae volitionis cum sit in potestate liberae voluntatis in ea contineri & ab ea procedere dici poterit

Arguitur 5to. Voluntas libera aliter se habere debet in actu 2do, quam se habuerat in actu primo, atqui per puram omissionem non aliter se habet. ergo. Major patet, quia tunc exercet operationem liberam, & ipsi imputatur omissio voluntariae praeceptae. Minor probatur. Iam non erat illa negatio actus in priori, neque diversa est in posteriori, quod debet aliquid positivum assignare ratione cuius voluntas dicatur aliter se habere ac tenere

omni actu positivo voluntatis

suam qualitatem. Respondeo negando min: in illo n. priori, n. erat negatio libera actus ex motione indirecta voluntatis, sed tantum eius praecisio, quia in eo signo voluntas considerabatur indifferens ad illam negationem et positionem actus; at in posteriori signo jam determinata ad liberam negationem liberam, quia voluntas se determinavit ad habendam potius negationem, quam actus positionem. Quaestio 4. utrum tam omissio quam effectus ex omissione voluntaria secutus sit item voluntarius.

Quaestio 4ta

Utrum tam omissio quàm effectus ex omissione voluntaria secutus sit idenditem voluntarius.

Quaeritur an omissio sit eo ipso voluntaria, quod sua non dependeat a voluntate, an vero adhuc requiratur obligatio faciendi id quod omittitur? Praeterea quaeritur an ille effectus sit adhuc dicendus voluntarius, qui ad liberam et voluntariam omissionem sequitur; quem quidem effectus is, qui voluntarie quicquam omittit directe non intendit: nam si talis effectus directe intenderetur, dubium jam non esset, quia foret voluntarius. Pro quo

Notandum imo voluntarium indirectum esse id, quod volitum est in alio, a quo quoque non dependet ut a causa: at haec causa duplex reperitur, sequitur esse indirectum voluntarium duplex esse,

Unum est, quod volitum est in alio, tanquam in causa positiva, qui ita directe intendit voluntas, ut in eventum ex illa causa secutum, non directe intenderit, sive deinde ille effectus sit effectus positivus, sive negativus. Exemplum habes ~~[illegible]~~ in Petro ineunte Bombardam explodente, qui quidem directe & positive explodit Bombardam, interim directe haud intenderis hominem occidere, atque ita Petro, in tantum explosio fuit directe voluntaria, quod et explosio fuit causa positiva occisionis huius. Alterum est, quod est in alio volitum tanquam in causa sua negativa, id est, in omissione voluntaria, qui ita intendit voluntas, ut in eventum sive positivum sive negativum inde secuturum, non intendat directe aut expresse v.g. si Gubernator omittat navem regere, & submergatur navis, ea submersio, erit Gubernatori voluntaria ex vi omissionis, quae est causa negativa submersionis.

Notandum 3tio posse contingere, ut effectus ex voluntaria omissione secutum, teneatur quis sub praecepto impedire; posse vero non v.g. navarcho ex justitia incumbit, ut regat navim sibi commissam, atque ut submersionem impediat, mercatori autem in eadem navi constituto per se loquendo non incumbit ex praecepto eandem regere, etsi posset eius submersionem impedire.

Quaeritur ergo utrum uterque effectus, tam is, qui sub praeceptum cadit, quam ille, quem quis non tenetur impedire, sit indirecte voluntarius, dando causam sive positivam sive negativam ex qua talis effectus sequitur. Pro sententia aliorum qui putant, neutrum effectum.

Conclusio 1ma. Ad hoc ut omissio sit voluntaria, non requiritur

debitum sive obligatio id faciendi; ~~n hic dormis~~ omittit v.g. si prævideam ex meo somnio secuturam omissionem sacri, ad hoc ut illa omissio sacri dici possit voluntaria, non requiritur obligatio audiendi sacrum, tum debitum sive præceptum necessarium sit ad hoc, ut omissio sacri ad culpam mortalem imputari possit. Suarez hic disp. 1. sect. 5. et alij.

Ratio posterioris partis est: quia ut omissio mortalis sit imputabilis necesse est, ut in omittente supponat culpam: culpa autem nulla est in eo, qui nullum debitum habet omittendi.

Ratio prioris partis est primo, quia id illud est voluntarium, quod est à principio intrinseco cum prævia cognitione, sed sive hoc quod obliger sive non obliger audire v.g. sacrum, non magis aut minus est à principio intrinseco, scilicet à mea ~~volte~~ omissio sacri, quam si non obligarer.

Confirmatur quia illa omissio est in potestate omittentis, ergo est voluntaria, quamquam nulla obligatio, nullumque debitum operandi contrarium adsit.

Ratio est 2do: Sicque tamen indirecte resistit tentationi, nempe applicando se ad aliud objectum is sine dubio, dicitur voluntarie resistere tentationi, ex hoc solo titulo, quia potuit obedire vel non obedire suggestioni: non autem quia adfuit, vel defuit præceptum.

Objicitur S. Doctor cit. ad voluntariam omissionem semper exigit debitum operandi. — Respondeo S. Doctorem intelligendum de voluntario morali, quod imputabatur ad culpam; hic non tamen agit præcipue de voluntario morali in ordine ad actus humanos, de quibus potissima erat consideratio

Conclusio 2da voluntarium indirectum juxta primam acceptionem, nempe positivum, reperiri potest in effectu, tam positivo quam negativo, qui provenit ex causa positiva directe voluntaria si quis cognoscat aliquo modo hujusmodi effectus, ex causa positiva secuturos, etsi nullum interim adsit præceptum prohibens aut

jubens ponere talem cām positivam. Ita cōis.

Rño 2: ad voltum directum sive indirectum sufficit, q. praecedat à volte tpre prius intro indifferente cum cognione circumstantiarum; Ideo tum effectus positivus, quam omissio proveniens ex cā positiva mihi directe voltaria, procedat ab mihi saltem remote à voltā, ut à prio, tum cognoscuntur circumstantiae circumstantiales & secuturi effectus aut omissiones; ergo hujusmodi effectus, aut omissiones sunt mihi voltarii indirecte ac remote, idq. in aliis, tpre in cā sua positiva, et si cā illa mihi nullo mō jussa aut prohibita fuerit.

Conclusio 2a: si adsit praeceptum prohibens meam omissionem, aut impedire jubens effectum, inde secutum, tunc effectus ad omissionem talem secutus, erit mihi voltarius indirecte Ido mō; ita cōes Theologi.

Rño 2 in hoc casu n impediendo effectum, adeoq. libere aliqd omittendo, pecco, q. sum voltā cā effectus ex mea omissione secuti; nihil n. mihi imputatur pro pecato formali, nisi mihi sit voltarium. Deinde hujusmodi effectus ex mea omissione secuti, et voltas n sit cā physica, ē tn ejusdem cā moralis; quia moraliter influit in illum effectum, quem vidit ex sua omissione secuturum.

Conclusio 3a: si nullo mō teneor impedire effectum ex voltā mea omissione secutum, tc idem effectus ē quidem mihi voltarius physice, sive Ido qd, n tn moraliter & formaliter adeoq. n sum cā illius culpabilis; unde n sum cā voltaria submersionis alicuius, quem cum sine meo periculo liberare potuissem, & liberare omisi; ita Vententia quoad priorem partem; quoad posteriorem Vasquez & Curiel.

Major patet
tum quia ille effectus simpliciter est in potestate omittentis. tum quia obli-
gationi accedente, simpliciter est peccaminosus: Respondetur ad Majorem effectum
eo modo esse simpliciter voluntarium quo modo est simpliciter liber: Unde fit ut
effectus ex omissione sequens seclusa praecepto non sit voluntarius mortaliter
nisi physice, eum idem, seclusa obligatione etiam non sit liber, nisi physice
et sic dico quod. Ad probationem minoris respondetur ad constituendum illud obtinet
pura minorem sufficere esse voluntarium et liberum in sensu explicato,
videlicet esse in potestate voluntatis.

Arguitur. 2do multis Martyribus voluntaria fuit
mors secuta ad voluntariam ipsorum omissionem impediendi mortem,
atqui sancti Martyres non tenebantur impedire mortem suam, ergo non
requiritur praeceptum, ut effectus ad voluntariam omissionem secutus sit voluntarius.
Minor se patet, quia alioquin sancti Martyres non impediendo mortem
peccassent. Majorem probo inde: quod martyribus accomodentur ea, quae
de Christo dicuntur Isaiae 53 oblatus est, quia ipse voluit; et
Joan. 10 nemo tollit eam a me, sed ego ponam eam a meipso.
Respondetur neque martyribus, neque Christo fuisse voluntariam mortem
ut recte ostendit 3 pa. tom. 2. quaestione 57 ar. 1, quia neque
directe, neque indirecte Christus aut martyres se occiderent, quamvis
ut enim loquendo proprie mors fuerit ab ipsis voluntarie permissa, et
proprie volita: quo pacto et S. Paulus volebat dissolvi, et esse cum
Christo. Quare bene distinguenda sunt ista tria ferre mortem
offerre se morti, et inferre sibi mortem. primum et secundum
convenit Christo et martyribus: tertium neque per quam; neque non Christus, aut mar-
tyres fuerunt sui ipsorum homicidae quales fuissent, si directe vel indirecte
fuissent voluntaria causa suae mortis: unde si aliquando SS. Patres dicunt, Christo
mortem fuisse voluntariam non aliud sunt voluntarium proprie sed solidum esse
volitum, quo cum confundi: solemus solet. quod est contra violentiam passum
fuisse voluntarie.

Quaestio 5ta

Utrum Violentia possit inferri voluntati.

Hactenus de voluntario; nunc de eius opposito, id est involuntario eiusque causis agendum est. Occurrunt autem quatuor de quibus quaeri solet, an causent involuntarium; videlicet Vis, sive violentia, Metus, Concupiscentia, Ignorantia.

Notandum 1mo proprie loquendo haec tria differre inter se: Coactio, Involuntarium: nam ratio violenti communis est viventibus et vita expertibus, ut cum aqua calefit, dicitur violentiam pati et opponitur naturali inclinationi sive appetitui innato. Coactio in solis viventibus reperitur, et opponitur spontaneo, sive appetitui elicito, et est communis brutis, hominibus, et Angelis. Involuntarium in sola creatura rationali invenitur, et opponitur proprie dicto voluntario: atque ita patet, quod semper prius ad posterius se habet tamquam praedicatum superius aut inferius, nam omne coactum est violentum, non vice versa: quamquam vero haec ita se habeant, tamen passim in hac materia solent pro eodem usurpari violentum, coactum et involuntarium quae nos etiam ut synonima habemus in progressum.

Notandum 2do necessitati et violentiam pati itidem differre in rigore; nam necessitati opponitur tantum libero, et est idem, quod determinari absque libertate ad agendum oppositum:

sic non tam lapis necessitatur ad deorsum, nam bruta ad obiectum
velut conveniens apprehensum, sed et homo ad amandum Deum clare
visum & de eodem delectandum. Violentiam vero pati, & cogi idemque
involuntarium pati in creatura rationali opponitur libero & voluntario sl.

Notandum 2do. Violentum proprie dictum, de quo
solo nobis erit sermo, definiri quidem communiter ex Arist. 3 Ethic. esse
id, cuius principium est foris, nihil prorsus eo videlicet passo
conferente, cui illata est vis. Veruntamen si nudum sensum
verborum spectemus, definitio haec latius patet, quam definitum: nam
& lux aëri, & gratia Baptizatis infantibus infusa, sic foret
violenta, quod absurde dicas. Quapropter communiter juxta Theologi
& philosophi, posterior definitionis verba exponenda sunt, non mere negative, sed positive
seu contrarie, ut sensus sit, nihil conferente passo, id est per internam
suam inclinationem sive impetum resistente, & nitente avertere id
quod vim affert. Advertit praeterea Medina hic, per impetum
istum non debere intelligi tantum potentialem, sed, quo actualiter & formaliter in actu
2do resistitur violentiae, sed et virtutem aliquem conatum, quod potentialiter
in actu 2do resistitur ~~violentiae, sed et virtutem aliquem conatum,~~
vim inferenti, quod fit, cum actus primus sit ita constitutus, ut
statim sequeretur formaliter actus 2dus, contrarius violentiae, nisi obstaret
impedimentum intrinsecum; quo modo inferret violentiam homini dormienti
(ait Medina) qui ipsum precipitaret; quamvis non formaliter in actu
2do non repugnaret dormiens, sed potius moveretur naturaliter secundum quamvis
gravitatem, tamen secundum virtutem naturaliter est inclinatus ad oppositum
ita ut in actu secundo statim resisteret, nisi actus primus impedi-
retur. Quod at ve &c.

Conclusio prima versatur in actibus a se elicitis,

neqꝫ à creatura aliqua neqꝫ à Deo pot violentiam pati, sive quod idem
est nullus actus à volte elicitus potest esse proprie violentus. Ita S.
Thomas. Bonavent. Scotus. Paludanus, Durand. et Vasqz.
Ratio est quia actio à volte elicita est volitio volti, ut patet ex definitione
voltij; atqui impossibile est, ut volti inferatur vis proprie dicta
quod sibi maxime est voltarium. Siquidem violentum voltario opponitur
et violenter non facio, quod volenter facio.

Conclusio 2da. etsi voltas in actib. elicitis proprijs
necessitari à Deo pot, et per qualitatem superadditam, et per concursum
actualem, determinatum ad unum, aut alium modum; attamen
eiusmodi necessitatio non violenta proprie loquendo est. Valentia.
Probatur 1mo prov. 21 cor Regum in manu Dei est, et quo
cunqꝫ voluerit, vertet illud: Et hoc quoad 1mam partem.
Probatur 2do 1ma pars ratione quia voltas hois, secundum se loquendo non est
minus subiecta Deo, quam alia quaevis potentia potestati eius
subiecta. Posse at voltem necessitari per qualitatem superadditam
constat ex eo, quia non implicat, quin posita
sufficienti notitia obiecti, qualitas quaedam voltem sufficienter
necessitet ad actus eliciendos de tali obiecto; voltas n. cum sit
entitatis et virtutis finitae pot utiqꝫ superari à rebus quae majoris
sunt virtutis. Non minus pot voltas necessitari per concursum,
quatenus nimirum Deus suo concursu praevenit voltem
ad unum.

Secunda pars probatur: quia etsi talis necessitatio
tum ab extra principio proveniret, tum nullus est renisus in

volte virtutis aut finalis, qui requisitus ad violentiam proprie dictam requiritur.

Concludo 2do. voltas saepe patitur violentiam quoad actus imperatos. Ita S. Tho. ar. 4. constat ex ipsa experientia v.g. cum quis videre nollens statim turpe claudit oculos et conatur resistere aperientibus, quae illum ... referatis cogitur videre, quod nollet et sic de similibus alijs.

Concludo 3tio. voltas quoad actus ... violentiam patitur; quoad privationem actus, si nimirum positis omnibus quae ad operationem infallibiliter secuturam sunt necessaria ex parte propria elicientis, ... operatio consequatur propter solum inhibitum concursum primae causae, ita ut voltas revera operaturus esset, si daretur dictus concursus; sic contingeret v.g. in volte beati si subtraheretur ei concursus primae causae ad eliciendum actum amoris etc.

Esto si infusionem habitus, aut fidei divinae, quoad actus primi factam à DEO in volte hominis; DEUS ... habitum in volte producere, contra vis illa ... absolute nolit habitum recipere, quo casu violentiam patitur voltas. Vas. Curiel etc.

Obijcitur naturalia potius cessare à actu quoad aliquas conditiones ad agendum necessarias deest; atque in proposito deest aliqua conditio necessaria scilicet concursus primae causae et gratia ad ... varia,

ergo cessatio predicta non est violenta sed naturalis. Resp. tunc tantum potius esse naturale cessare ab actu aliquin debito, quando aliquid deest ex parte principii agentis, non ex parte ipsius actionis; tunc cessatio ab actu aliquin debito est violenta, sicut res se habet in proposito ubi ex parte principii effectivi nihil deest, sed tantum ex parte actus secundi, sive ipsius actionis desideratur concursus supremae causae v.g. adjuvans gratia. Atque ex dictis hactenus jam responsum est ad id Resp. quod S. Thomas quaerit articulo 5, videl. utrum violentia causet involuntarium, pro quo sit

Conclusio 5ta. Violentia causat effectum simpliciter involuntarium. ratio est, violentia ita est causa actus, sive motus, ut voluntas ejus, qui violentiam patitur, nullo prorsus modo in talem actum consentiat, aut ad eum effective concurrat, sed potius repugnet, ergo violentia est illius causa, ut motus ille secundum omnia et simpliciter sit involuntarius.

Conclusio 6ta. aliae creaturae possunt vim pati a suo creatore. Ratio patet: si Deus detineret lapidem in aere, aut aquam calefaceret etc.

Objicitur: nulla creatura resistere potest Deo, imo creatura (inclinatur) magis obedire Deo secundum suam obedientialem potentiam, quam sibi ipsi secundum suam potentiam naturalem: sicut brachium magis inclinatur in bonum totius, quam in proprium bonum.

Resp. creaturam quidem nullam ita Deo resistere posse, ut effi-
caciter influxui divini eius renitatur: negatur tamen creaturam non
posse inefficaciter resistere Deo, sicut lapis sursum resistit
gravitate sua, et inefficaciter proiicienti homini, non aliter repug-
naturus Deo, si ab eo proiiceretur sursum, quam modo proiicere-
tur ab homine. Quoad ad inclinationem obedientialem creaturarum
erga Deum spectat, differunt inclinatio brachii et bonum totius,
quoniam illa est despotica et mera non repugnatio, haec autem
pollitica est, sive civilis et activa; unde cum illa resistere
potest inefficax quidem, actualis tamen renisus, et cum actuali incli-
natione potentiarum, voluntati subordinatarum, non potest resistere voluntatis
actualis renisus. Conceditur ergo brachii protectando capite
sese exponentis motum non esse violentum, quia est ab intro
cum conditione sua; at negatur obedientiam creaturae erga Deum
nullam esse violentam, quia est in nulla obedientia creaturae erga Deum
talis, quae active, aut nullo modo, aut certe non nisi instrumentaliter
est a creatura; ut cum aqua sursum ascendit ad tollendum
vacuum, hic ascensus nullo modo est ab aqua, sed a solo agente
extra, sive increato tamen, sive etiam creato. Contra praedicta
universim.

Arguitur 1mo quodlibet agens potest cogi
a potentiori; ergo voluntas poterit cogi a Deo potentissimo, et
violentiam pati. Resp. concedi posse antecedens in actione,
in qua sui coactionem non involvit contradictio, uti in voluntate
in actu voluntario simul et violento; nam ita foret simul voluntarius

& violentus simul.

Arguitur 2do. Deus absolute sua potentia potest in voluntate Petri v.g. actum amoris efficere, voluntate Petri actu non concurrente, imo resistente: E.g. si Petrus odit patrem suum, potest Deus producere simul in voluntate Petri actum amoris, ita ut per absolutam potentiam duo actus contrarij in voluntate Petri esse possint; haud aliter atque eadem aqua in gradu intenso per absolutam potentiam potest simul calida & frigida esse, atqui certe in hoc casu voluntas Petri violentiam patietur, eo quod amori positive resistat. Resp. 1mo etsi demus posse à Deo in voluntate produci amorem, non concurrente voluntate Petri, tamen hoc nihil contra nostram conclusionem, ut quae negat, tamen fieri posse, ut actus à voluntate elicitus sit violentus: atqui ille actus amoris, non foret elicitus à voluntate Petri.

Resp. 2do, juxta meliorem Philosophiam falsum esse quod aliquis actus vitalis possit à solo Deo effective produci, simul etiam impossibile videatur, ut dentur duo actus contrarij simul in eadem voluntate: nam etsi fieri possit, ut aliquid formae contrariae simul sint in subiecto, v.g. calor & frigus in gradu intenso, hoc tamen non videtur posse fieri in actibus vitalibus, quia ex contrarijs actibus vitalibus unitis in eodem subiecto, facile inferuntur contradictoria v.g. me sedere & non sedere, sive placet mihi sessio, & efficaciter odi sedere, sive displicet mihi sessio: nam si

utrumque absolute volte velle posuit, prout et utrumque facere, siquidem hoc ipso, quod is, qui rem in sua potestate habet absolute vult, rem illam efficiet, vel certe efficere potest, si vult.

Ratio autem rationis, quia nihil volitum, nisi cognitum, sed duae contrariae de eodem obiecto cognitiones implicant, ergo implicat, ut Petrus eliciat simul actum amoris et odij, stante de utroque practica notitia; cum hi duo actus oppositas praesupponant apprehensiones, non tamen repugnat, quia voluntas a Deo possit posset violentiam in receptione habitus; quia cum infusione habitus non est necesse infundi practicam notitiam, qua hic et nunc apprehendatur, ut bonus, et conveniens supposito.

Arguitur 3tio quod voluntas actum reflexum sibi ipsi imprimat actum doloris, dum aliquid antea gauderet, tunc actus iste doloris est volenti molestus, ergo violentus.

Respondeo huiusmodi actus eo ipso, quod a volente eliciti sint, voluntarij sunt, neque illis voluntas renititur, sed renititur solum obiecto huiusmodi actuum videlicet malo alicui de quo imprimat sibi voluntas dolorem: unde non tamen actus doloris quam ipsum obiectum doloris suum volenti molestum censeri debet.

Arguitur 4to quod voluntas nullam violentiam quoad actus imperatos pati possit. Huiusmodi actus eo ipso quod eliciti sint, non quidem a volente, sed ab alijs potentijs, non videntur esse prae violenti,

Cum nam violentum est id, quod est ab extra principio, atqui volitionis actus non sunt a principio extra: visio vero & aliae huiusmodi sensationes producuntur a principiis intus. Respondeo huiusmodi actus non dici violentos ipsismet potentiis elicientibus, quod tamen probat argumentum & recte: sunt tamen violenti ipsi supposito, sive eius voluntati, quae reluctante fiunt: nam tales actiones, tametsi non recipiantur in potentiis, voluntati subordinatis, cuiusque imperio subesse solitis, nihilominus dicuntur eidem voluntati violenti esse. Pro quo

Notandum duplicem esse violentiam, unam intrinsecam, sive inhaerentem in eo, cui vis infertur, quomodo calor inhaerens aquae per reactionem resistenti aquae infert violentiam, & talem violentiam in voluntate dari non posse evincit prima conclusio. Alteram Extrinsecam quae non inhaeret, aut recipitur in subiecto particulari, quod dicitur pati violentiam & hanc voluntati dari vult conclusio 3tia.

Arguitur 5to. videtur involvere contradictionem quod voluntas patiatur violentiam in actibus a se imperatis; si non voluntas imperat actionem aliquam, tum jam hoc ipso erit ei voluntaria, atqui nullum voluntarium potest esse violentum, ut patet ex dictis.

Respondeo Conclusionem non esse intelligendam de actionibus, quas de facto voluntas imperat, sed de iis, quas imperare potest & solet, & quas aliae potentiae de facto eliciunt, & quae in operando, ut plurimum subesse solent, voluntatis imperio; unde quamvis visio, sive alia sensatio violenta ut sit, non imperetur a voluntate, tamen quia alias huiusmodi operatio ordinarie voluntatis imperio subiicitur, ideo violenta esse dicitur, quod experiatur reluctante

voluntarie. Quaeritur utrum metus causet involuntarium simpliciter?

Quaestio 6ta

Utrum metus causet involuntarium simpliciter.

Notandum 1mo: metum quandoque ita perturbare rationem ut eius usum penitus impediat, quo casu dubium non est, quin metus simpliciter causet involuntarium, haud secus ac accidentum, et ideo de tali metu non quaeritur hic.

Quaeritur de metu, qui non penitus tollit, sed relinquit usum rationis talem, qui sufficiat ad bene vel male moraliter agendum; et dubitatur, an talis metus actionem reddat involuntariam magis quam voluntariam; vel, utrum omnis aliquid involuntarii operationi a voluntate impetrato admisceat?

Notandum 2do magnum discrimen esse inter haec duo videlicet operari aliquid ex metu et cum metu; nam fieri aliquid ex metu indicat esse eam metum facientis illud opus, ut quando timor imminentis mali efficit, ut aliquid fiat, quod secluso timore non fieret: sic ex metu vitae perdendae mercator projicit merces in mare, quas alias maxime servatas vellet, nisi adesset metus. Fieri aut aliquid cum metu denotat metum se habere ad opus tantum concomitanter, aut esse causam difficultatis in operando; sic qui furatur cum metu, ne deprehendatur,

non Deo fruatur, quod ad hoc adigatur ex metu, adeoque metus non est causa cur fruatur.

Notandum 3tio non quaeri, utrum ipse actus timoris, sive metus sit involuntarius; hunc enim esse de lege simpliciter voluntarium esse patet ex eo, quod sit fuga mali, quod nequaquam est involuntarium: Sed quaeritur de actu aliquo, sive opere externo, quod voluntas imperat, et assumit tamquam medium ad effugiendum malum quod timetur.

Conclusio 1ma. metus causat aliquando effectum nullo modo involuntarium. Probatur: Ratio est, tunc actus, aut opus aliquod a voluntate ex metu imperatum habet adjunctam rationem involuntarii, quando illud opus secundum se habet adjunctam rationem alicujus mali, adversitatis aut molestiae, quae movet affectum ad tristitiam, et non tantum habet rationem boni in ordine ad vitandum aliquod malum; sic projectio mercium secundum se mala est mercatori, et tantum bona est respectu periculi ad vitandam mortem: sed aliquando contingit, ut opus ex metu a voluntate imperatum, non habeat rationem malitiae, nec moveat affectum ad tristitiam; ergo tunc tale erit simpliciter et de lege nullo modo involuntarium. Major satis patet, minor probatur: quia saepe viri sancti ex metu incurrendae offensae divinae, aut etiam ex metu gehennae devitant societatem potatorum aut aliorum hominum perversorum, et proinde varia media applicant ad hos devitandos: atqui sapientissime tales fieri nullam appositam voluntatem habent, quia non vellent vitare eorum societatem, si metus abesset, sed nec ullam in devitatione talium sentiunt tristitiam et consequenter nihil involuntarii sentiunt in ejusmodi sociis evitandis etc. Et alia exempla praetereamus.

Conclusio 2da. metus causat regulariter et ordinarie hujusmodi effectum mixtum ex voluntario et involuntario. S. Th. hic. S. Damasc. Medina, Valen. et est communis post Aristotelem 3tio Ethic. c. 1mo.

Probatur 1mo ex S. Scriptura Mathaei 26. ait Christus tristis est anima mea usque ad mortem: et mox. Pater si fieri potest, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. —— Probatur conclusio haec ex S. Scriptura Mt. 26.

Et Susanna apud Danielem capite 13, angustiae sunt mihi undique, sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini. Ubi sacrae Scripturae loci significatur, in Christo et Susanna fuisse aliquid contrarium, et aliquid secundum voluntatem, idque propter metum.

Probatur 2do ratione effectus ex metu causatus ordinarie fit repugnante aliquo modo voluntate, ergo ex hac parte habet aliquid involuntarii. Insuper ille effectus procedit saltem imperative a voluntate, et a principio intrinseco cum cognitione circumstantiarum, ergo ex hac parte habet aliquid voluntarii, et consequenter est mixtus, ut videre est in allato exemplo de projectione mercium.

Conclusio 3tia. effectus mixtus ex metu causatus est simpliciter voluntarius, involuntarius autem secundum quid. Ita Post Aristotelem cit. S. Tho. hic, Scotistae apud Bosantium dubio 3tio. Item canonistae in c. merito 15 q. et jure civili lege si mulier digestis de eo, quod metus causa: Promissio metu facta censetur sufficienter voluntaria, et rata habetur.

Probatur ratione: cum ex duabus formis, sive qualitatibus, afficitur, tum simpliciter et absolute denominatur ab illa forma, quae illud afficiens, vel magis praecipue, vel magis tanquam fundamento afficit v.g.

Sicut propter denitatem niger simpliciter albus dicitur secundum quid nimium ad eum dentes: aliquis effectus ex metu causatus est magis praecipue, et sine additamento voluntarius, ergo absolute et simpliciter est dicendus voluntarius: Minor probatur, tum quia de metu volumus, ea volumus perfecta et efficaci, cum ex volitione inefficaci nullus sequatur effectus.

Et hoc quoad primam partem conclusionis. Secunda pars, quod videlicet effectus sit involuntarius secundum quid, facile jam constat: si enim effectus, ex voluntario et involuntario mixtus, non est involuntarius absolute, certe debet esse involuntarius secundum quid.

Objicitur metus causat effectum voluntarium simpliciter, ergo non causabit eundem secundum quid involuntarium: neque enim videtur posse fieri, ut idem numero idemque metus, per unum actum externum sit causa, sive inducere voluntarium et involuntarium.

Respondetur negando consequentiam: nam posse quidem fieri, ut eodem causalitatis genere metus causet voluntarium et involuntarium, posse tamen fieri, ut diversa faciat diversis eodemque modo: nam metus causat voluntarium per se et reduplicative: involuntarium per accidens et specificative, hoc est: actum exteriorem voluntarium, qua voluntarium esse causat metus, ut omnino non esset, nisi metus adesset. eundem vero actum, qui est voluntarius, non obstante, quod sit secundum quid involuntarius, ut causat metus, non tamen qua involuntarius: hoc enim habet ex affectu contrario, et repugnantia efficaci, quae cum actu ex metu facto conjungitur. Unde quemadmodum non per accidens est, quod se contingat projectionem mercium esse voluntariam, tamen per accidens est metui, quod eadem projectio habeat adjunctum aliquid involuntarii, eo quod voluntati est molesta et ingrata.

Conclusio Tertia. In gestis ex metu culpabiliter; quomodo

dem metus ñ tollat ratõnem proprie dicti voltij, tn eandem minuit, sicut & culpam minuit. ita iois Doct. Th. Christianus

Metu facta peccata excusant culpam ñ à toto, sed à tanto. hoc ē, gravius peccat ille, qui sine metu, quã qui ex metu peccat. Rãō ē: quia facta ex metu, movent ad commiserãtõnem, quę sine metu facta potius ad indignatõnem moverent.

Arguitur ex S. Thoma effus ex metu causatus ñ est simplr voltrius, qui sanctus secunda secundæ, q. 142 art. 3. in corp. & ad 3tium dicit, ea quę facimus ex timiditate ñ eē simplr sed sõm quid voltria; demõ ait Theles 3 Eth. ea q. ñ neminem simpliciter sua sponte verũ suarum jacturam facere, sicut facit mercator proiciens suas merces, go talis effus ex metu causatus ñ ē voltrius, sed involtrius simplr & absolute.

Rsp. Stud. Th. & Arlem voculam simplr aliter qm ñ accipere, hoc sensu v. g. qd projectio dicta ñ sit voltria sõm se spectata sive ut averssa, aut abstracta re ipsa à cogitatõne nra à circumstijs periculi mortis aut naufragij; ñ ab negant, eam ē voltriam simplr hoc ē proprie & absolute, ut conjunctam cum circumstijs predictis,

vt simplr, ñ vult, qd magis sit involtrium qm voltrium, sed tn vult, qd ratõne circumstantiarũ adjunctarum sit voltrium magis, qm sõm se & ratõne sui. quia seclusis circumstijs nullo mõ esset voltrius in facto, qd ōm positis circumstijs ex metu operamur.

Ctio ex. utrũ concupiscentia causet involtrium.

Quæstio 6tima

Vtrum Concupiscentia causet involuntarium.

Notandum 1mo non quaeri de concupiscentia, quae totaliter praevenit usum rationis, et proinde contingere potest in homine non nec voluntarium proprie, neque involuntarium etiam, tametsi possit vocari proprie dictum spontaneum; homo enim destitutus ratione, existens se habet instar bruti, in quo reperitur spontaneum, non voluntarium proprie non habet locum. Sed quaeritur de concupiscentia, quae relinquit in homine saltem rationis et arbitrij usum, quantum sufficit ad bene, et male merendum operandum.

Notandum 2do concupiscentiam hic non prout sumitur aliquando pro appetitu voluntatis, sed pro ipso tali actu appetitus sensitivi prosecutivo objecti delectabilis, aut etiam pro actu abominativo objecti mali, sive adversi: nam theologi scholastici hic praecipue loquuntur de actu concupiscibilis, licet et hoc loco concupiscentiam ad affectus appetitus irascibilis extendi oportere, recte notat Vasquez disp. 28, num. 19 ubi ait eandem esse rationem eorum, qui fiunt ex [illegible], et eorum qui fiunt ex affectu vindictae.

Notandum 3tio duplicem esse concupiscentiam, quae concurrere potest ad actum voluntatis: unam dicunt Antecedentem, alteram Consequentem. Antecedens est, qua voluntas directe movetur et excitatur ad eliciendum in se ipsa aliquem actum, v.g. iram, delectationem aut similem affectum. Consequens est, quae non movet voluntatem, nec eam antecedit, sed quam hoc ipsa voluntas excitat suo appetitu sensitivo, nam quando voluntas intense aliquid amat, tunc ex quadam sympathia movetur appetitus sensitivus. Hinc [illegible] de concupiscentia consequente, sed de antecedente sermo.

Conclusio 1ma. concupiscentia antecedens causat effectum voluntarium
simpliciter. S. Tho. in corpore & ad 1um & 3tium. Colligitur ex Jacobi 1mo.
Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus, deinde concu-
piscentia cum conceperit, parit peccatum. ubi cum S. Jacobus indicet
à concupiscentia generari seu causari peccatum, esse vult, eam necessario
proprium voluntarium; neque enim peccatum est nisi sit effectum voluntarium.
Conclusio 2da: concupiscentia in hoc sibi composito, quamvis augeat,
tamen semper minuit voluntarium. S. Thom. hic ad 3. Vasq. disp. 28.
c. 2. Curiel hic dub. 1. § 3. concl. 2. contra quosdam Thomistas.
Valent. hic p. 3. & Bec. tract. 1. c. 2. q. 10. n. 26.
Probatur: in facto voluntario ex concupiscentia tria possunt spectari. 1mo
fervor animi, quo fit actus. 2do judicium, ex quo velut
radice procedit actus. 3tio ipse actus, qua voluntarius & liber.
Quamvis ergo concupiscentia semper augeat 1mum, id est impetum voluntatis, ita ut
voluntas intentius & ardentius operetur, ex concupiscentia, atque adeo auget,
sed minuit reliqua duo, id est judicium & libertatem, quae voluntarium morale
& consequenter facit concupiscentia actum intentiorem & perfectiorem, interim
tamen facit eundem minus voluntarium & liberum: Probatur: libertas
minuitur: quia per concupiscentiam minuitur indifferentia arbitrii, quod per illam
[illegible] trahitur, & inclinatur ad unam partem oppositorum magis, quam
ad alteram: atqui ubi minuitur indifferentia, ibi minuitur et libertas
respectu oppositorum. — Minui vero judicium, quod est voluntarii radix,
omnes experimur: quia concupiscentia perturbat lumen prudentiae, & judicii
serenitatem, ne facile [illegible] possit, & expendere incommoda, quae
[illegible] plurimum valent ad divertendam voluntatem à prosecutione ejus

ad quod concupiscentia urget.

Conclusio prima. Actus elicitus a concupiscentia nullo modo est involuntarius, neque simpliciter, neque secundum quid. Ratio est, ad involuntarium secundum quid requiritur, ut, quod quis operatur, operetur cum molestia, aut tristitia versante circa ipsum actum, quem voluntas imperat, ut videmus de actu elicito ex metu v.g. in projectione mercium: at vero actio quae fit ex concupiscentia ordinarie et per se non fit cum tristitia simul aut molestia: concupiscentia enim versatur circa bonum delectabile.

Conclusio secunda. contingit quandoque, ut contrarium, ut concupiscentia actus causet involuntarium secundum quid. Ita probabiliter censent Curiel hic dubio 2, para. 2, concl. 1. Cajet. Tole. Hieron. ab Argento Complu. & alij recentiores. Ratio conclusionis est: quia quandoque experimur, ex concupiscentia non minus, quam ex metu operari nos cum dolore aliquo, aut displicentia de illo ipso opere, quod ex concupiscentia tamquam medium assumimus ad finem ex eadem concupiscentia per intentionem consequendum. V. g. cum quis instigante passione avaritiae [illegible] honore parentum; vel cum quis avarus & ambitiosus simul est, quem efficaciter urget ambitio ad faciendos magnos sumptus, quos interim illubenter facit, & cum tristitia ob reclamantem passionem avaritiae, cui pecuniarum profusio displicet. In his & similibus exemplis non minus habetur simul efficax volitio effectus ex concupiscentia causati, & de eodem simpliciter sive inefficax displicentia, quo ex non est voluntarium simpliciter participans de involuntario secundum quid. Quod erat probandum.

Dicat

Dicat aliis adversarii Aristoteles & S. Thomas hic contrarium asserentem. Respondetur: contra rationes & verba [illegible] concupiscere, quod con-cupiscentia [illegible], aut [illegible] logice [illegible] effectum [illegible], [illegible] & rationes:

Objicitur. S. Thomas hic in corpore expresse ait, concupiscentiam non causare involuntarium, sed magis facere aliquid esse voluntarium: dicitur enim aliquid voluntarium ex eo, quod voluntas in id fertur; per concupiscentiam autem inclinatur voluntas ad volendum id quod concupiscit, & ideo concupiscentia magis facit ad hoc, quod aliquid sit voluntarium, quam quod sit aliquid involuntarium.

Ex his verbis duo argumenta formantur. Unum, quod ideo [illegible] concupiscentiam non minuere sed augere voluntarium. Alterum, quod quo vehementius voluntas fertur in aliquid, eo magis voluntarie fertur, [illegible] cum vehementiam operandi augeat concupiscentia, eadem etiam augebit voluntarium.

Respondetur: S. Thomas illis verbis & supra citatis [illegible] satis indicare, sed in alio sensu loqui, quam arbitrentur adversarii: neque enim per illam particulam **magis** significat concupiscentiam augere voluntarium. Sed comparat ibi hæc particula cum vocula **potius** & ita sit voluntarii comparatio cum involuntario, non autem fit comparatio voluntarii ad eiusdem augmentum. Quare sensus sit hic: bonum [illegible] concupiscentia sit voluntarii causa, et potius sit causa oppositi; [illegible] cæteris paribus, quo vehementior est affectus voluntatis, eo magis est voluntarius [illegible] cæteris paribus non sunt, ut in nostro casu fit, intensio operis non tam valet ad augendum voluntarium per se, quam valet diminutio libertatis, & [illegible] iudicii, per se spectati ad decrementum. Quæstio 8. utrum ignorantia causet involuntarium.

Quaestio octava.

Utrum ignorantia causet involuntarium.

Notandum 1mo ignorantiam praeter alias divisiones distribui in antecedentem, comitantem et consequentem.

Antecedens dicitur, quae est involuntaria, invincibilis, et probabilis, et est causa facti alicuius, id est causa quae se in illud influens, sive physice, sive moraliter. Id est tamquam antecedens, velut causa removens, prohibens etc. in hominem [illegible]. haec ignorantia causa alicuius operis, id est quod removet actualem scientiam, quae si adesset, non fieret illud opus. V.g. si venator hominem occidat, invincibiliter ignorans hominem esse, sed putans esse feram, dicitur ignorantia eius causa caedis humanae.

Comitans ignorantia dicitur, quae nec causa sed neque est causa quis ignoranter facit, quoniam is, qui operatur cum ignorantia comitante ita est constitutus, ut si haberet oppositam ignorantiae scientiam, nihilominus faceret idem, quod nunc inscius facit. V.g. si quis hostem occidat, putans invincibiliter esse feram, quem tamen si hostem esse nosset, nihilominus occidisset.

Consequens ignorantia, quae est vincibilis et imputabilis dicitur

e voltria simul & volita, sive directe, si sit affectata, sive indirecte si sit necessaria & superna, & talis mortaliter culpabilis, si talis debet quod superna non sit. Dr. ad ignorans a respectu operis, id est, quod primum supratur ad opus, ex ignorantia factus; sive non potius [illegible]: Dr. respectu voltis a quo directe vel indirecte procedit, qui proinde respicit et eam sui imperantem. — Revocantur Theologi ad antecedentem ignorantiam inculpabiles obliviones, inadvertentias, & opiniones probabiles, etsi a parte rei falsas, sive illae sint longioris sive brevioris morae, dummodo sint aliquomodo causa operis.

E contra ad ignorantiam consequentem revocant obliviones, inadvertentias, & errores culpabiles et vincibiles.

Notandum 2do. Quaeritur, an praedicta ignorantia reddant actum involuntarium; id est intelligendum de actu voltis elicito aut imperato secundum substantiam suam spectato. Non enim est sic haud dubie involuntarius. Dico intelligendum de actu voltis secundum aliquam circumstantiam ei adjunctam, aut secundum effectum, qui ex tali actu sequitur concomitanter ratione quomodolibet conjungitur. V.g. si Titius velit projicere sagittam in cervum, & eam ignorans occidit hominem; quaeritur an Titio sit voluntaria volitio projiciendi sagittam, vel ipsa externa projectio. (De hac non nemo dubitat.) Secundum quaeritur, an occisio hominis ex projectione teli ignoranter facta, sit Titio involuntaria?

His notatis, assero ignorantiam antecedentem praevenientem

necessario simpliciter involuntarium

Conclusio 1ma. effectus qui procedit ex ignorantia antecedente est simpliciter involuntarius. Est communis DD. cum S. Th. Ratio est nihil est voluntarium, aut volitum, nisi aliquo modo praecognitum; Unde v.g. occisio mea parentis, quem invincibiliter ignorabam parentem fuisse, sed putabam me occidere hostem meum, neque directe, neque indirecte hoc casu est mihi voluntarium parricidium.

Conclusio 2da ignorantia concomitans non facit effectum ullo modo involuntarium neque directe, neque indirecte, nec simpliciter nec secundum quid, nec expresse nec virtualiter; sed habet se mere extrinsece et accidentaliter, non causaliter respectu illius effectus ut sit voluntarius vel involuntarius, aut mixtus. Ita communis cum S. Tho. Vasq. etc. Probatur: quia quod involuntarium est, illud oportet fieri contra positivam, formalem, aut virtualem inclinationem voluntatis; at quod fit cum ignorantia concomitante, non fit contra talem inclinationem. Major patet ex dictis, minor probatur quia is qui habet ignorantiam concomitantem et si sciret effectum sequuturum, nihilominus faceret, et post effectum sequutum non sentit dolorem, quod indicium est, abesse tam formalem voluntatem oppositi quam virtualem.

Conclusio 3tia Ignorantia concomitans non facit effectum voluntarium, quia facit non voluntarium. Ita communis. Ratio est: Actus ille voluntarius, nec qui procedit a principio intrinseco cum cognitione singulorum

effectus autem cum ignorantia factus, non procedit ullo modo cum cognitione: qui n. sic operatur, & sic occidit v.g. hostem putans esse feram, de homicidio nihil cogitat, ergo exterior occisio hominis est illi non voluntaria ratione Exterior, nam hic haud dubie voluntarius est interior voluntatis affectus, sic iste conditionatus, aut simpliciter complacentia de occidendo hoste si nimirum ipsum adesse nosset.

Conclusio 4ta ignorantia consequens tam affectata, quam crassa & supina, sive juris sive facti, causat involuntarium simpliciter. Est communis cum S. Thoma, dist. 2 de fide. Fundatur ex ad Corinthios 1ma: Si quis ignorat, ignorabitur. Ratio est, haec ignorantia pro peccato, quod meretur reprobationem: ad huiusmodi omne peccatum est simpliciter & proprie voluntarium. Probatur amplius a posteriori, quia fides & experientia testatur, ignorantiam consequentem saepe causare peccatum mortale, quae peccata non forent, nisi simpliciter essent voluntaria; neque item illa peccata perpetrata fuissent, si defuisset ignorantia: talia peccata fuerant Judaeorum Christum occidentium, qui si Deum esse cognovissent (1ma Corinthiorum 2do) Dominum gloriae numquam crucifixissent: tale est 2e cond. 36. competit illud Psalmi 35: noluit intelligere ut bene ageret.

Conclusio 5ta ignorantia consequens, sive crassa, sive affectata causat effectum involuntarium secundum quid. Est communis cum S. Th. hic: Ratio est, voluntarius effectus cum ignorantia factus est aliquo modo contra facientis

[illegible]tem, seu in inclinationem voluntatis, aut implicite affectaret voluntas, & impediret effectum, si voluntaria illa ignorantia deficeret etc.

Corollario 3tio ignorantia crassa et affectata, minuit voluntarium minus quam [illegible]. Azorius. Curiel. Sumitur ex illo Theologorum & Juristarum communi dicto. Ignorantiam crassam excusare non a toto, sed a tanto. Ratio est: cum minus sit aliquis voluntarie et culpabiliter, quo major est defectus in cognitione in operante; sed hic non exiguus defectus cognitionis est in operante, qui est vel affectate ignorat.

Porro quia multum refert ad cognitionem voluntarij scire, an actus aliquis sit a libero principio cum cognitione singularium, et circumstantiarum, ideo circa S. Thomas postquam egit de voluntario & involuntario statim subjungit tractationem de circumstantijs actuum humanorum. Verum nos de his commodius infra. His explicatis, effectum ex ignorantia antecedente provenientem non esse simpliciter voluntarium.

Arguitur 1mo. Ut actus aliquis sit simpliciter involuntarius requiritur, ut sit contra nostram internam inclinationem, et voluntatis repugnantiam: atqui effectus, ex antecedente ignorantia proveniens, non est contra inclinationem voluntatis neque non bene quidquam cogito de tali effectu. — Resp. Nego maiorem [illegible] non habere expressam & elicitam actum, sive actualem inclinationem, cui repugnet effectus ille, nec tamen habere inclinationem virtualem sive potentialem resistendi, eo ipso, quod statim nollem talem effectum, si scirem eum esse secuturum, quod sufficit juxta supra dicta. Et hinc aliqui dicunt ab ignorantia antecedente non causari quidem effectum simpliciter [illegible]

sed

ac pure involtrium virtlr & interpretative, n ho cari formlr involtrium et expresse: Formlr involtrium appellantes id, qd e contra expressam voltis inclinaonem, qd alij positive, vel Contrarie involtrium dicunt, quia fit cum actuali renisu voltis: qd v. tm e contra virtlem voltis impetu, dicunt e involtrium Virtlr. Negative involtrium e pura carentia voltij, neqs positive repugnat voltti: & hoc in voltrium potius dicendum e, non voltrium, qm involtrium.

Arguitur 2do ignorea antecs caat actum voltis, qui n fieret ablata ignorea; S talis actus, hoc ipso, qd fit a volte, e voltrius, go actus, qui fit ex ignorea Ante e voltrius. Rdeo ignoream antem eo mo quo caat caare qdem illum actum voltrium, Sd n quoad ignoream ignoratam, v. g. qui occidit patrem putans ee hostem, in hoc casu iste actus est voltrius in raone homicidij, in raone v. parricidij e simplr involtrius, pter voltem, qm hbt parricidio contrariam.

Arguitur 3tio qd ignorea concomitans n fit caativa Nonvoltrij: ignorea concomitans nullo mo e caa illius homicidij in secundo notabili expressi, go n dbt dici caare non voltrium sed potius n caare v voltrium, non caare n voltrium, e caare id, qd n e voltrium, qd n facit ignorea concomitans. Rdeo ignoream comitantem n caare illud homicidium Sm illius pdicata positiva:, caare tn in eo aliqd negativum a quo illud homicidium denominat n voltrium; quia formlr caat negaonem cognionis illius homicidij, rab hac n. negaone denominatur occisio hois, hic & nunc n voltria in raone homicidij.

Pro pleniore tamen huius rei cognitione.

Advertendum: hanc ignorantiam concomitantem, quae non est voluntaria excusare ab effectu malitiae, non ab affectu v.g. qui occidit feram, putans esse hostem, si ita dispositus est, ut occideret libenter inimicum, licet interius peccat affectu homicidij, non tamen exterius nec contraheret irregularitatem, quod dicat Cospharusfios, quem impugnat Pr. Salas in praesenti nu. 18.

Requiritur 4to ignorantiam culpabilem non causare voluntarium simpliciter et aliquid sit simpliciter voluntarium debet fieri cum cognitione singularium; sed effectus procedens ex ignorantia culpabili non fit cum cognitione singularium, hoc ipso quod ignorantiam fiat. R. ut aliquid in moralibus censeatur voluntarium, sufficere, si fiat cum cognitione, quam operans de illo habet, sive quam habere et nunc possit et teneretur habere, tamen quod per negligentiam, aut voluntariam affectationem non habeat; talis non effectus sine actuali cognitione singularium vel circumstantiarum factus, in moralibus aeque ad culpam imputatur, ac si cum cognitione actuali fuisset factus, adeoque est aeque voluntarius in ratione morali. Quare tamen effectus ex ignorantia culpabili factus, non fiat cum actuali cognitione de facto habita, fit tamen cum cognitione, quam potest et tenetur habere operans; atque ita est moraliter voluntarius. Distinctio 2da de actibus voluntatis in specie.

Distinctio 2da

De Actibus Voluntatis in specie.